Jacobus <de Voragine>: [Legenda aurea ] Legenda sanctorum seu Historia longobardica
[Köln: Ludwig von Renchen], [ca. 1486] Seite 66



auditur. aquis immergitur: sed columba
descendit immo spiritussanctus in colūbe
specie. Quare autem magi huiusmodi
munera obtulerunt multiplex ē ratio Pri
ma quoniam traditio antiquorum vt dicit
Remigius fuit vt nullus ad deum vł ad
regem vacuus introierit. Perse autem et
chaldei talia munera offerre consueuerūt.
Secunda. que est Bern. Quoniam bea-
te marie aurum obtulerunt propter iopie
subleuationē. Thus contra stabuli fetorē
Mirram propter membrorum pueri con-
solidationem et malorum vermium expul
sionem. Tercia. quoniam aurum ad tribu
tum. thus ad sacrificium. mirra ad sepul-
turam pertinet mortuorum. Per hec ergo
tria insinuatur in xpō. regia potestas. diui-
na maiestas et humana mortalitas Quar
ta quoniam aurum significat dilectionem
thus orationem. mirra carnis mortificati-
onem. et hec tria xpō debemus offerre Quī
ta. per hec tria significantur tria que erant ī
xpō. s. diuinitas preciosissima. aīma deuo-
tissima et caro integra et incorrupta. Hec
tria significabantur per illa tria que erant ī
archa. Nam virga que floruit est caro xpi
que surrexit. ps. Et refloruit caro mea: etc.
Tabule vbi erant scripta precepta. aīma ī
qua sunt omnes thesauri sapiē et sciē dei
absconditi. manna deitas que habet omnē
saporem et omnē suauitatem. Per aurum
ergo quod est preciosius omnibus metal
lis intelligitur diuinitas preciosissiā Per
thus anima deuotissima. quia thus signifi
cat deuotionem et orationem. ps. Dirigatur oratio mea. etc. Per mirram que cōser
uat a corruptione carnem incorruptā. Ad-
moniti autem magi in somnis non ab āge
lo sed ab ipso deo sm glosam sup Math.
et sm Cris. ab angelo ne redirent ad hero-
dem. p aliam viam regressi sunt in regionē
suam. Ecce quomodo magi profecerunt.
Nam stella duce venerūt p hoīes. imo per
pphetā edocti sunt. angelo duce redierunt
et in xpō quieuerūt Horum corpa mediolani
que nūc est fratrum ordis nostri. s. fratrum pdica
torum requiescebāt sed nūc colonie requiescūt

## De sancto Paulo heremita

Paulus primus heremita vt testatur Jhero. qui vi
tam eius conscribit feruente decij psecutio
ne vastissimam heremū adijt. Ibique ī quan-
dam spelunca. xl. annis hoībus ignotus p
mansit. Uidens autē sanctus Paulus xpia
nis tot tormentorū genera irrogari: in he-
remū aufugit. Eo siquidem tempe duo iu
uenes xpiani comprehendūtur. Quorum
vnus toto corpe melle pungitur et sub ar-
dore solis aculeis muscarū stra honū et vel
parum lacerandus exponitur. Alter vero
mollissimo lecto imponitur et in loco ame
nissimo collocatur. vbi aeris erat temperi-
es. riuulorum sonitus. cantus auium. et florū
olfactus. funibus tamen floreis coloribus
obtectis. sic ligatus iuuenis cingitur. vt ma
nibus vel pedibus se iuuare non possz. Ad
est quedam iuuencula pulcerrima corpore
et impudica. ac impudice tractat iuuenem
amore dei repletum Cū āt ille in carne mo
tus contrarios rationi sensisset. non habēs
arma quibus ab hoste se eruat linguam p-
priam suis dentibus incidit et impudice ī
faciem expuit. et sic temptationem dolore
fugauit. et tropheum laude dignum pme
ruit. Horum et aliorum penis sanctus pau-
lus territus heremū petijt. Et eo tempore
dum anthonius inter monachos primum se
heremi incolam cogitaret in somnis alium
multo se meliorem esse heremi incolā edo
cetur. Qui cū eum p siluas inquireret ob
uiū habuit ypocētaurum. i. hoīem equo mixtū q
ei viā dexterā demōstrauit Postmodum
obuiū habuit aīal ferēs fructū palmarum sup
imagiē hoīs insignitū: deorsum vero capre
formā habēs. q dū ipm p deū piuraret vt
sibi quis eēt diceret. rńt sese satirū deū sil-
uarū sm errorē gētiliū. Postremo obuia-
uit ei lupus qui eū ad cellā sancti pauli per
duxit Paulus autem anthonium presenti



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0065
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG